



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Homo toto corpore attritus, postea surgit illæsus, quia B. virginem piè
inuocaureat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

ximè cum fletibus & angustijs (quæ cor
sui medullas maximè pungebant) protog
re non posset vitam filia iam cum matre
colluctantis, ac tantum non coporis hosp
aium deserentis, ut pro qualitate meritorum
reciperet, aut gloriam aut poenam. Piane
ter his intellectis se subducit, omnique
fectu cum lacrymis (deficiente naturali
medio ad beatissimam Virginem Camber
nensem conuertit animum, destinans illi
è suis pedisequis unam, quæ post morula
reuocata, filiam sanam inuenit: quod illi
non minorem ingenerauit lætitiã, quam
antea propriæ filia infortunium eidem
generauerat mæstitiam. Et ne quam ingrati
tudinis notam incurreret, ad beatissimam
Virginem, à qua tantam consolationem ac
ceperat, omni cum animi submissione gratia
actura, venit Camberonam.

NOMO TOTO CORPORE ATTRITUM,
*postea surgit illæsus, quia beatam
virginem piè inuoca
uerat.*

CAPVT XXXII.

ANno supra millesimum quadringenti
simo vicesimo octauo Ioannes Louvian
dum Camberonense templum scandola
regu

regalis operit, ruit alto à culmine, non immemor tamen beatissimæ Virginis quam invocavit. E casu illo præcipiti, ira stupidus & attritus toto corpore fuit, ut per horæ spatium & ultra ceu exanimis appareret. Paulò autem post surrexit illæsus & totus alacritate plenus, beatæque Virgini gratias egit in ædicula illa sacra.

CAPTIVI, INVOCATA AFFLICTORUM
ad vocata & patrona, redimuntur à vexatione molesta.

CAPVT XXXIII.

ANno millesimo quadringentesimo vicefimo nono, Iacobus à Foro novæ Villæ, & Ioannes Lanus à Latronibus abducti sunt in obscurissima sylvarum Montensium loca, ubi & vinceti loris aliquantisper constiterunt: sed ut ex animo mæstorum patronam invocarunt custodes eorum arctiore somno correpti sunt, se ipsi soluerunt, & inde ad Dominam misericordiæ salvi & incolumes venerunt, ut illi gratias agerent,